

Werk

Titel: De Christo Jesu, Beneficiis Et Laudibus Eius, Aliquot Christianae reliquiae veter

Ort: Lipsiae

Jahr: 1652

Kollektion: DigiWunschbuch; VD17-Mainstream

Digitalisiert: Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen

Werk Id: PPN690003765

PURL: <http://resolver.sub.uni-goettingen.de/purl?PPN690003765>

OPAC: <http://opac.sub.uni-goettingen.de/DB=1/PPN?PPN=690003765>

LOG Id: LOG_0009

LOG Titel: Amoeni Enchiridion Biblicum

LOG Typ: chapter

Terms and Conditions

The Goettingen State and University Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Goettingen State- and University Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept the Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Goettingen State- and University Library.

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Contact

Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen
Georg-August-Universität Göttingen
Platz der Göttinger Sieben 1
37073 Göttingen
Germany
Email: gdz@sub.uni-goettingen.de

AMOENI ENCHIRIDION
BIBLICUM.

E VETERI PRIMUM TESTAMENTO.

I. ADAM ET EVA.

EVa columba fuit tum candida, nigra deinde
Facta, per angvineum malefada fraude venenum.
Tinxit & innocuum maculis sordentibus Adam,
Dat nudis ficulna Draco mox tegmina victor.

II. ABEL ET CAIN.

Fratrū sacra DEUS nutu distante duorum
Æstimat, accipiens viva, & terrena refutans.
Rusticus invidiā Pastorem sternit, in Abel
Forma anima exprimitur, caro nostra in munere Cain.

III. ARCA NOE, sive DE CORVO & COLUMBA.

Nuncia diluvii jam decrefcentis, ad arcam
Ore columbare fert ramum viridantis olive:
Corvus enim in gluvie per feda cadavera captus
Hæferat, illa date revehit nova gaudia pacis.

IV. ILEX MAMBRÆ. Seu DE EO, UBISARA
ad promissionem DEI risit.

Hospitium hoc Domini est, ilex ubi frondea Mambra
Armentale senis protexit culmen, in ista
Risit Sara casâ, sobolis sibi gaudia sera
Ferri, & decrepitem sic credere posse maritum.

V. MONUMENTUM SARÆ.

Abraham mercatur agrum, quò conderet ossa

*Conjugis, in terris quoniam peregrina moratur
Justitia atq; fides, hoc illud millibus emptum
Spelaeum, sanctae requies ubi parva favilla est.*

VI. SOMNIUM PHARAONIS. XIX

*Bis septem spicae, vaccae toridem Pharaoni
Per somnum visa, portendunt dispare formam
Uberis atq; famis duo per septennia tempus
Instare: hoc solvit Patriarcha, interprete Christo.*

VII. JOSEPH A FRATRIBUS AGNITUS. XXII

*Venditus insidijs fratrum puer, ipse vicissim
Cratera in fratris sacco clam praecepit abdi:
Utq; reos furti Joseph tenet, auctio fallax
Proditur, agnoscunt fratrem, vaniq; pudefcunt.*

VIII. IGNIS IN RUBO. XXIII

*Sentibus involitans Deus igneus ore corusco
Compellat juvenem, pecoris tunc forte magistrum:
Ille capit jussus virgam, sit viper a virga,
Solvit vincla pedum, properat Pharaonis ad arcem.*

IX. ITER PER MARE. XXIV

*Tutus agit vir justus iter, vel per mare magnum,
Ecce Dei famulis cessim freta rubra debiscunt,
Quum peccatores rabidos eadem freta mergant:
Obruitur Pharao, patuit via libera Mosi.*

X. MOYSES ACCIPIT LEGEM. XXV

*Fumat montis apex divinis ignibus, in quo
Scripta decem verbis saxorum pagina Mosi
Traditur, ille suos suscepta lege revisit:
Forma sed his vituli solus Deus, & Deus aurum.*

XI. MANNA & COTURNICES. XXVI

Panibus angelicis alben tentoria patrum,

*Certa fides facti, tenet urceus aureus exin
Servatum manna: ingratis venit altera nubes,
Atq; avidos carnis saturat congesta coturnix.*

XII. SERPENS AENEUS IN EREMO.

*Fervebat via sicca eremi serpentibus atris,
Jamq; venenati per livida vulnera morsus
Carpebant populum, sed prudens are politum
Dux cruce suspendit, qui virus temperet, angvem.*

XIII. LACUS DESERTI AMARUS vel LACUS MYRRHÆ
in eremo, versus in dulcedinem per
lignum.

*Aspera gustatu, populo sitiente, lacuna
Tristificos latices stagnanti felle tenebat;
Moses sanctus ait, lignum date, gurgitem in istum
Conjicite, in dulces vertentur amara sapes.*

XIV. FONTES DUODECIM ET PALME SEPTUAGINTA.
*Dez enere viri Moyse duce, sex ubi fontes,
Et sex forte alii, vitreo de rore rigabant
Septenas decies palmas, qui mysticus Helim
Lucus, apostolicum numerum libris quoq; pinxit.*

XV. LAPIDES DUODECIM IN JORDANE.
*In fontem restao Jordanis gurgite fertur,
Dum calcanda Deipopulis vada sicca relinquit,
Testes biffeni lapides, quos flumine in ipso
Constituere Patres, ad formam Discipulorum.*

XVI. DOMUS RAAB MERETRICIS SALVATA.
*Procubuit Hiericho, sola astant atria Raab.
Hospita sanctorum meretrix, tanta est fidei vis,
Incolumi secura domo, spectabile coccum
Ignibus adversis in signum sanguinis offert.*

XVII. SAM.

XVII. SAMSONIS LEO & ASINÆ MAXILLA.

*Inviſtam virtute comæ Leo frangere Samſon
Aggreditur, necat ille feram, ſed ab ore Leonis
Mella fluunt, maxilla aſinæ fontem vomit ulirò:
Stultitia exundat lymphis, dulcedine virtus.*

XVIII. SAMSONIS VULPES.

*Tercentum vulpes Samſon capit, ignibus armat
Ponè; faces caudis circumligat, in ſatamittit
Allophylùm, ſegetesq; cremat: Sic callida vulpes
Nunc heresis flammas viciorum ſpargit in agros.*

XIX. DAVID PASTOR & VICTOR.

*David parvus erat fratrum ultimus, & modò Jeſſe
Cura gregis, citharam formans ad ovile paternum,
Inde ad delicias Regis; mox horrida bella
Conferit, & funda ſternit ſtridente Goliath.*

XX. DAVIDIS REGIS INSIGNIA.

*Regia mirifici fulgent inſignia David:
Sceptrum, oleum, cornu, diadema, & purpura & ara.
Omnia conveniunt Chriſto, chlamys atq; corona,
Virga poteſtatis, cornu crucis, altar, olivum.*

XXI. ÆDIFICATIO TEMPLI SALOMONIS.

*Ædificat templum Sapientia per Salomonis
Obſequium, Regina Aſtri grave congerit aurum:
Tempus adest, quo templum hominis ſub pectore Chriſti
Ædificet, quod gaza colentum barbara ditet.*

XXII. FERRUM SECURIS IN AQUA NATANS.

*Forè Prophetarum nati dum ligna recidunt
Fluminis in ripa, cecidit diſcuſſa bipennis,
Gurgite ſubmerſum eſt ferrum, ſed mox leve lignum
Injeſtum ſtagnis, ferrum revocabile fecit.*

XXIII. CAPTIVITAS JSRAEL.

*Gens Hebræorum peccamine capta frequenti,
Fleuerat exilium diræ Babylonis ad amnes:
Tum patrios cantare modos præcepta recusat,
Organaq; in ramis salicis suspendit amara.*

XXIV. DOMUS EZECHIE REGIS.

*Hic bonus Ezechias meruit ter quinq; per annos
Præscriptum proferre diem, legemq; obeundi
Tendere, tot gradibus, quot vespera texerat umbra
Lumine perfusus, docuit Sol versus in ortum.*

E NOVO TESTAMENTO:

XXV. ADVENTUS DOMINI.

*Advent ante Deo descendit nuncius alto
Gabriel Patris ex folio, sedemq; repente
Intrat virgineam: Sanctus te Spiritus, inquit,
Implebit Maria, Christum paries sacra virgo.*

XXVI. CIVITAS BETHLEEM.

*Sancta Bethlem caput est Orbis, quæ protulit Iesum
Orbis principium, caput ipsum principiorum:
Urbs hominem Christum genuit, qui Christus agebas
Antè Deus, quàm Sol fieret, quàm Lucifer esset.*

XXVII. MAGORUM MUNERA.

*Hic preciosa Magi sub virginis ubere Christo
Dona ferunt puero, myrrhæq; & thuris & auri:
Miratur genitrix tot casti ventris honores,
Seq; Deum genuisse, Hominem, Regemq; supremum.*

XXVIII. PASTORES AB ANGELIS

ADMONITI.

*Pervigiles pastorum oculos vis luminis implet
Angelici, natum celebrans ex virgine Christum:*

*Inveniunt lectum pannis, prae sepe jacenti
Cuna erat, exultant alacres, & numen adorant.*

XXIX. OCCIDUNTUR INFANTES IN
BETHLEEM.

*Impius innumeris infantum caedibus hostis
Perfurit Herodes, dum Christum querit in illis:
Fumant lacteolo parvorum sanguine cuna,
Vulneribusq; madent calidis pia pectora matrum.*

XXX. CHRISTUS IN JORDANE
BAPTIZATUR.

*Perfundit fluvio pastus Baptista locustis
Sylvarumq; favis, & amictus veste cameli,
Tinxerat & Christum: sed Spiritus aethere missus
Testatur tinctum, qui tinctis crimina donet.*

XXXI. PINNA TEMPLI.

*Exscidio templi veteris stat pinna superstes:
Structus enim lapide ex illo manet angulus usq;
In seclum secli, quem spernunt aedificantes,
Nunc caput est templi, & lapidum compago novorum.*

XXXII. VINUM EX AQUA FACTUM.

*Fœdera conjugii celebrabant auspice cœtu
Fortè Galilæi, jam deerant vina ministris,
Christus vasa jubet properanter aquaria lymphis
Impleri, inde meri veteris defunditur unda.*

XXXIII. PISCINA SILOA.

*Morborum medicina latex, quem spiritus horis
Eructat variis, fusam ratione latenti,
Siloam vocitant: sputis ubi conlita cæci
Lumina Salvator jussit de fonte lavari.*

XXXIV. PAS-

XXXIV. PASSIO JOHANNIS BAPTISTÆ.

*Premia saltatrix postcit funebria virgo
Joannis caput, abscissum quod lance reportat:
Inceste in gremium matris fert regia donum
Psaltria, respersis manibus de sanguine justo.*

XXXV. CHRISTUS SUPER MARE AMBULAT.

*It mare per medium Dominus, fluctusq; liquentes
Calce terens, jubet instabili descendere cymba
Discipulum, sed mortalis trepidatio plantas
Mergit, at ille manum regit, & vestigia firmat.*

XXXVI. DÆMON MISSUS IN PORCOS.

*Vincla sepulchrali sub carcere ferrea Dæmon
Fregerat, erumpit, pedibusq; advolvitur Iesu:
Ast hominem Dominus sibi vendicat, & jubet hostem
Porcorum furiare greges, ac per freta mergi.*

XXXVII. QVINQVE PANES ET DUO PISCES.

*Quinq; Deus panes fregit, piscesq; gemellos,
His hominum largè saturavit millia quinq;
Implentur minimo micarum fragmine corbes
Bissen, eternæ tantæ est opulentia mensæ.*

XXXVIII. LAZARUS RESUSCITATUS.

*Conscius insignis facti locus in Bethania,
Vidit ab inferna te, Lazare, sede reversum:
Apparet fractis scissum foribus monumentum,
Unde putrescentis redierunt membra sepulti.*

XXXIX. AGER SANGUINIS, PRETIO CHRISTI EMPTUS.

*Campus Acheldemach, sceleris mercede nefandi
Venditus, exequias recipit tumultuosus humanas:
Sanguinis hoc precium est Christi, Juda eminus arctat
Infelix collum laqueo pro crimine tanto.*

XL. DOMUS CAIPHÆ & EJUS CASUS.

*Impia blasphemi cecidit domus alta Caiphæ,
In qua pulsata est alapis facies sacra Christi.
Hic peccatores manet exitus, obruta quorum
Vita ruinosis tumultis sine fine jacebit.*

XLI. COLUMNA, AD QUAM CHRISTUS EST
FLAGELLATUS.

*Vinctus in his Dominus stetit adibus, atq; columnis
Annexus, tergum daret ut servile flagellis.
Perstat adhuc, templumq; gerit veneranda columna,
Nosq; docet cunctis immunes vivere flagris.*

XLII. E L A T E R E S A L V A T. F L V E N S S A N G V I S
& A Q V A: N E C N O N D V O L A T R O N E S.

*Trajectus per utrumq; latus, laticem atq; cruorem
Christus agit: sanguis, victoria; lymphæ, lavacrum est.
Tunc duo discordant crucibus hinc inde latrones
Contiguus: negat ille Deum, fert iste coronam.*

XLII. S E P V L C H R V M C H R I S T I.

*Christum non tenuit saxum, non claustra sepulchri,
Mors illic devicta jacet, calcavit abyssum:
Sanctorum populus superas simulivit ad oras,
Seq; dedit multis tactuq; oculisq; probandum.*

XLIV. A S C E N S I O C H R I S T I E M O N T E
O L I V E T I.

*Montis oliviferi Christus de vertice sursum
Ad Patrem rediit, signans vestigia pacis:
Frondebis æternis præpinguis liquitur humor,
Qui probat infusum terris de chrismate donum.*

XLV. P A S S I O P R O T O M A R T Y R I S S T E P H A N I.

*Primus iniri Stephanus mercedem sanguinis, imbræ
Afflictus lapidum, Christum tamen ille cruentus*

*Inter saxa rogat, ne sit lapidatio fraudi
Hostibus, o prima pietas miranda coronæ.*

XLVII. CLAVDVS AD PORTAM TEMPLI
SPECIOSAM.

*Porta manet templi, speciosam quam vocitârunt,
Egregium Salomonis opus, sed majus in illa
Christi opus emicuit: nam claudus surgere iussus
Ore Petri, stupuit laxatos currere gressus.*

XLVII. DISCVS PETRO IN VISIONE
OSTENSVS.

*Somniat illapsus Petrus alto ex æthere discum,
Conferturn omnigenis animalibus, ille recusat
Mandero, sed Dominus iubet omnia munda putare.
Surgit, & immundas vocat ad mysteria gentes.*

XLVIII. PAVLVS VAS ELECTIONIS.

*Hic lupus antè rapax vestitur vellere molli,
Saulus qui fuerat, fit adempto lumine Paulus.
Mox recipit visum, fit Apostolus, ac populorum
Doctor, & ore potens corvas mutare columbis.*

XLIX. IN APOCALIPSI JOANNIS XXIV.
SENIORES.

*Bis duodena senum sedes, citharis pateris q̄,
Totq̄, coronarum fulgens insignibus, agnum
Cæde cruentatum laudat, qui evolvere librum,
Et septem potuit signacula pandere solus.*

EXPLICIT ENCHIRIDION AMOENI,
seu Tituli Historiarum Veteris & novi
Instrumenti.

NOTA

NOTA AD AMOENI ENCHRIDION!]

De quo Marcus Hopperus Basileensis præfat. ad Prudentium: Vin sacras utriusq; Testamenti historias ἐν ἑπιτομῇ memoriae mandare? Enchiridion, quod postremum est, evoluito!

N. I. *Eva columba fuit tunc candida, nigra, deinde.*] Cur Evam cum columba contulerit nescio, nisi quodea avis feratur candidissima. Nam & sic Ovidius l. 2. metam. fab. 7. de altera a terrima alite pariter transmutatâ cecinit: *Cum candidus antè fuisses*

Corve loquax, subito nigrantes versus in alas:

Nam fuit hæc quondam niveis argentea pennis

Ales, ut æquaret totas sine labe columbas.

Rationem verò cōparationis arbitror ex illo CHRISTI pronunciato: *Estote prudentes sicut serpentes & simplices sicut columba!* Atq; hîc v. 2. *venenum non tam virus, & Φάσμαρον Δανάσιμον* seu deleterium pharmacum, quàm tincturam & pigmentum, quale est Φάσμαρον ζωγράφων notat, de quo paulò ante Rusticus Help. v. 115.

Fulgida Sidonij quam polluit unda veneni,

& Viêt. ad Salm. Quid agunt in corpore casto

Cerussa & minium ventumq; venena colorum?

Sed dudum antè Virgil. l. 2. Georg. v. 465.

Alba nec Assyrio fucatur lana veneno,

i. e. Colore, juxta Servium, & apud Festum Ennius:

Quam illud, quo jam semel est imbuta veneno.

N. II. *Accipiens viva & terrena refutans.]*

Nam ut *Prudentius ipse alibi* in Hamart. eâ de re dixit:

Hic terrulentis, ille vivis fungitur.

Refutans, respuës, reculans, repudians. ut *Cic. pro Rabirio*: *Non modò non aspernari ac refutare, sed amplecti etiã & augere debetis.* *Salust. in fragm. Se Regibus devovët & post eos vitam refutant.* *Hieron. in agone: pro me sudasti sanguinè pretiosum, non me refutes.* *V. Goldastus ad illud Columban: Vanosq; refutet honores!* sed & *Giselinus, cui refutans hïc non tam est simpliciter rejiciens, quàm verbis etiã additis reprehendens.*

III. *Illâ dat & revehit nova gaudia pacis.*] *auspiciator namq; avis columba, quàm corvus, unde hïcater, illa candida, ut paulo antè. Pacis autem gaudia revehit, quia paciferos olea de vertice ramos, ut habet Drepanius Florus, quem vide.*

IV. v. 2. *Prætexit*] *Goldastus. v. 4. gaudia ferri, dari est.* Iso Mag.

VI. Duo intermedii versiculi depravatè quondam legebantur, ut ad marginem *Hopperus* notavit:

Portendunt vise per somnum, dispare formâ.

Ulberis atq; famis dum per septemniâ tempus Instare, *ibid. Hoc solvit Patriarcha interprete Christo.*] i. e. *Josephus conjecit somnium, quia (ut est cap. XLI. Genes. ostenderat ei Deus omnia, quæ locutus erat, adeo ut propterea eundem Josephum Pharao appellâset Salvatorem mundi, quasi alterum Christum. Prudent. Carnis in effigie Christum se cernere sentit, & ibidem agens de tribus Juvenibus Babylonicis Christi mentionem fecit. Aberant autem hi 4. versus Codice*

Egmondano, uti notavit Weuzius.

v. i. Ven-

v.1. *Venditius invidiâ fratrum puer.* Ut apud Orientium v. 467. (Scyphum.

Al. v.2. *Crateram in farris sacco clam præcipit abdi.]*

VII. Versiculo ultimo: *veniamq; pudeſcunt.* Ita aliis legebatur, non adeo absurdè, & fortè meliùs, quàm *vani*, ibid. quoq; alii habent: *actio fallax perdita* si referatur ad Josephum, qui fratres rei gestæ ignaros aliquandiu suspensos tenebat; sed melius est, *auctio fallax*, ut intelligatur de ipsis fratribus, qui Josephum Ægyptio mercatori vendiderant, mentientes patri, à feris disceptum esse. *Victore Giselino explicante.* Vox ultima hîc in editione *Lipsiensi M. Math. Loberij* legitur: *veniamq; petiscunt.* Non ineptè.

VIII. v.2. *Ecce Dei famulis cessim freta rubra debiscunt.]* Quæ nostra quidem emendatio exsuperat lectiones, imò depravationes aliorum, qui vel *scissim*, vel *sensim* prætulerunt, quæ ex priorè illo non intellecto adverbio ab aliis sunt surrogata.

XII. Quandoquidem mediâ syllaba *heremi* (quod apud Scriptores Ecclesiasticos Latinos & Græcæ lingvæ vel ignaros vel accentûs contemptores non infrequens) correpta esset contra legem pedariam, itaq; *Aldus Manutius* hunc versum i. sic posuit:

Affide sicca malo via defervebat eremi.

XIII. v.3. & 4. — *Gurgitem in istum Conjicite, in dulcem vertentur amara saporem.]* *Weitzius* post alios sic edidit, qui & in quodam *MSC. Bongarsii* reperit: *Conjicite & in dulces &c.* Sed non dubium est, quin *conjicite* sit scribendum & plura *MSC.* habent *dulces saporæ*, ut idem *Weitzius* pag. 381. in var. Lect. ostendit.

XIV.

XIV. Inscriptio quidem vulgaris hîc est: *De XII. Fontibus & LXX Palmis*, at è MSC. Weitzius hanc affert: HELIM LOCUS IN HEREMO.

Sed post *Hopperum* & ipse notavit, nunc *Ælim*, vel etiam *Elim in MSC.* versuz. hîc legi. Atq; in eodem & sequenti versu nescio quid adhuc latitat, quod non rectè intelligi possit. Nam quod lucus ille mysticus per XII. fontes *Apostolicum numerum pingat*, i. e. (ut *Iso* explicat) figuret, hoc captu facile est, at quod iidem fontes rigabant LXX. palmas, de hoc nullum sensum mysticum super addidit, si retineatur *libris quoq; pinxit*, ceu omnes quidem hætenus edidère. Quare ad acumen epigrammatis complendum & absolvendum corrigo confidentissimè:

Lucus Apostolicum numerum & libros quoq; pinxit. Libros] i. e. *Biblia κατ' ἐξάγγελον* ita vocata. Septuaginta namq; sunt in utroq; fœdere libri connumeratis quoq; apocryphis, sed omisit tamen minutissimis istis, quæ vel ad prophetam Danielem accenseri debent, vel olim quoq; planè haud annumerata fuerunt.

XV. v. 2. Lips. Editio: *Dum calcans fundum populus vada sicca reliquit.* Pleriq; MSC. libri: *ad formam discipulorum*, Aliqui tamen maluerunt: *in formam d.*

XVI. *Procubuit Hiericho*] Lactantius de passione Domini: *Impia Hierusalem.* Quæ ne scrupulum aliquem pariant, potius per J. consonam sine H. exarari conveniebat: *Jericho & Jerusalem*, ut prius sit trisyllabû, posterius tetrasyllabû. *ibid. Sola stant atria Raab.*] Weitzius hanc Græcanicam positionem prætulit alteri

teri lectioni *Aldi & Fabritij MSC.* quæ habuerunt: *solâ astant.* Rectè vero idem Parenthesi inclusit: (*tanta est Fidei vis!*)

v. 3. *Speſtabile coccum Ignibus aduerſis in ſignum ſanguinis offert.]* *coccum* pro purpura in neutro gen. poſuit. Quanquam verò hic ſeſquiverſiculus benè ad hiftoriam Rahab *Jofue 2. & 6. c.* faciat, quod niſi illa funiculum iſtum, quo demiffi erant ſpeculatores Iſraelitici, coccineum domo ſua appèderit, quod ipſi nullius ſanguinis rei eſſent futuri, qui aliàs in ipſius Rahab ædibus effundendus eſſet, non minus, atq; in tota Civitate Hiericho, quæ ignib; poſtea eſſet deſolanda: Attamen haud ambigo, quin ſenſus quoq; allegoricus & typicus eò ipſo ſimul proditus fuerit, ut funicul; coccineus, qui omnium oculos & animos incurere debeat, Chriſti paſſionem & mortem cruentam denotet, quæ ab ignibus Gehennæ omnes liberet, quicunq; fide ſaltem (*tanta utiq; illius eſt vis!*) obtulerint in ſignum ſanguinis à Chriſto effuſi, coccum illud in Sacramento Euchariftiæ nobis injunctum. Mira vero *Iſonis* eſt vetus gloſſa, qui per illud *ignibus*, expoſuit *gentibus*, niſi debeat eſſe varia lectio.

XVIII. *Weitzius* ita diſtinxit, ſed & diu antè pariter *Loberius*: *ſegetesq; cremat: ſic callida vulpes*

Nunc heresis flammas vitiorum ſpargit in agros.

Aldus verò *Manurius*, illam incuriam & injuriam in metrū non tolerans, ſic exhibuit: — *Nunc heresis ignes*

Callida quæ vulpes vitiorum ſpargit agros.

Sed *Iſo Magiſter* videtur legiſſe: — *Sed callida vulpes*

Hereticus flammas vitiorum ſpargit in agros] Eccleſiæ.

XIX. David Regis familiaris & gener factus, cum prius patris sui opilio, ad caulas & pascua Jessæ citharâ ludens, eam deinde Musicam ad Regis delicias transtulisset: & cum Goliâ manus conseruisset, victorq; bellum istud horrendum finiisset. *Cura gregis* i. e. curator & pastor ovium. Malè *Weitzius*: *Et modo Jessæ Cura gregis*. Nec alii melius, qui per e simplex scribunt *Jesse*.

ibid. *Bella Conserit & fundâ sternit stridente Goliâ.*] Prudentius in *Plychom*. — *puerilis in illum*
Dextera fundali torsit stridore lapillum.

XX. *Regia mitifici fulgent insignia David*] Cod. MSC. Egmondanus. Non malè. Quia summa Davidis gloria erat, quod non, ut Saul, crudelis sed mitissimus foret. Extremo versu pleriq; putârunt, quod veruti *Virga potestatis, cornug, crucis*; sic & *altar olivum* hîc diceretur, i. e. *ara oleo perfusa*. Sed rectiùs distinxit *Weitzius*: — *altar, olivum*.

Nam insignia Davidis & Christi invicem comparantur: quorum ille habet sceptrum, hic virgam potestatis: ille Diadema, hic coronam spineam: ille purpuram, hic chlamydem coccineâ: illæ & cornu atq; oleum hic altare, crucem, atq; olivum, quo unctus erat præ fratribus suis. Usurpavit autem & aliâs *Prudentius*, notante quoq; *Isidoro*, *Altar*. ut: *Ostibus altar & impositum*. (*Christus*

XXI. *Tempus adest, quo templum hominis sub pectore*
Ædificet, quod Graja colant, quod barbara ditent.] Palatinum quidem MSC. & *Hopperus* ad marginem huic lectioni adstipulantur, & sanè haud ineptum

eli.

eliciunt sensum, ut Salvator lingvâ vernacula qua-
cunq; extruat sibi in homine renato sedem & ædem,
quam veluti spoliis Ægypti Græcæ seu adeo quoq;
barbaræ quævis excolant literæ. Atq; inde *Weitzius*
& alii aliqua saltem retinere:

Quod Gaza colat, quod barbarâ dicit.

Sed *Aldi, Gifselini & Fabritij* editiones mihi probantur
magis: — *Quod gaza colentum barbarâ dicit.*

id est, quod profanæ, sed ditissimæ tamen thesauris
suis expoliant literæ, sive illæ sint Græcæ, sive Latinæ,
omnes tamen collatæ ad sacras revelationes barba-
ræ visæ. *Iso Magister* mediam secutus lectionem:
quod Gaza colat, i. e. bona operatio, quod barbarâ di-
cent, i. e. inculti mores:

XXII. Ultimus versiculus è IV. Regum 6. videtur
ita fuisse conceptus. — — *ferrumque natabile fecit.*

XXIII. E Psalmo CXXXVI. *In salicibus suspendi-*
mus organa nostra super flumina Babyonis sedimus & fle-
vimus. Hopperus: *Dum patrios cantare modos præce-*
pta (iussa) recusat. Atq; idem malè *precamine pro*
peccamine, quo aliàs gavius est Prudentius. *Goldasti*
MSC. Tum patrios cantare modos præcepta, recusat Orga-
na, quæ in ramis alicis suspendit amare.

XXIV. Aldus & Gifelinus malè: *Tendere: quod gradi-*
bus, quos vespera texerat umbrâ, Lumine perfusis, docuit
Sol versus in ortum. Exponit vero *Iso Magister gra-*
dibus, lineis sc. cum vespere Reverti namq; fecit De-
us umbram linearum, per quas descenderat in horo-
gio Achaz, in Sole retrorsum decem lineis. Et rever-
sus est Sol X. lineis per gradus quod descenderat Esa,

38. IV. Regum 20. Ecclesiastici 48. in fine: In diebus
Ezechiae retro rediit Sol, & addidit Regi vitam. Sic

*Ultima labentis miseratus tempora lucis,
Seduli- Ter quinos quōdā Ezechiae Deus addidit annos,
us l. i. Usus jure suo, patefactaq; limina claudens
Mortis, ab occasu vitam convertit in ortum.*

Et CL. Mamertus Presb. Vienn. contra vanos poetas:

Cum pius Ezechias fidei virtute precatus,

Verteret astrorum cursus cœliq; meatus

Turbaret jussi retro acto lumine Solis.

XXV. Gabriel patris ex folio] longis duabus pri-
mis, ut Prudent. in hymno Laurentii: *Emitte Gabriel*
zum. Quamquam hic media correpta quoq; possit
esse, ut utraq; apud Paulinum de S. Joanne:

Inde aliud sanctus Gabriel, qui nuncius idem Zachariae f.

XXVI. *Sancta Bethlem canut est Orbis, quae protulit*
Jhesum.] Etsi Juvenecus quoq; *Bethlem* ut dissyllabam
protulisset, primam tamen semper extendit, ut lib. 1.
Urbs est Judaea Bethlem. Et statim: *Hospitium amborum*
Bethlem. Et rursus: *Tunc manifestatur, Bethlem quod*
monibus illum progigni maneat. Verum Prudentus ipse
cathem. XII. quoq; corripuit:

O Sola magnarum urbium Major Bethlem, cui contigit
Incorporatum gignere Ducem salutis cœlitus.

Altrice te, summo Patri Heres creatur unicus,

Homo ex Tonantis spiritu, Idemq; sub membris Deus.

Similia elogia quoq; CL. Mario Victori sunt Genesi:

Inde petit Bethlehem, sedes quae lecta beati

Hospitiis sacrata viri, cunctasq; superbis

Excessit meritis terras, quandoq; secundo

Post

Post cælum numeranda loco. Nam sede superna
Dignior ista Dei, quæ pignus lege salutis
Emissum, mundo tantum mirante paratum,
Exciperet, visa est, hominemq; remitteret astris.

Peculiare verò est & hoc Prudentio Amœnoq;, usurpare vocem Ἰησοῦς tanquam dissyllabam & à vocali simul incipientē Ἰησοῦ. Ut in Apotheosi, observante quoq; Fabricio & Giselino.

Nam quid magnificum, si non est mortuus JESUS?
Sic paulò post Noster: Pedibus advolvitur JESU.
Et: Cognoscimus JESU ibid. 455. & in Psychomach.
v. 764. medius intervenit JESUS.

XXVII. Seq; Deum genuisse, Hominem, Regem quoq; Summum] Editio vetus Lipsiensis, & Weitzij quoque novissima. Sic ipse Prudentius Cathem. 12.

Puer ò, cui trinam Pater Prædestinavit indolem:
Regem Deumq; annunciant Thesaurq; & fragrās odor
Turis Sabæi & myrrheus Pulvis sepulchrū prædocet.
Compendiosissimè verò Juvencus l. 1.

Aurum, thus, myrrham, Regiq; Deoq; Hominiq;
Et Sedu- Aurea nascenti fuderunt munera Regi,
lius l. 2. Tura dedere Deo, myrrham tribuere sepulto.
Glossæ quas MSC. teneo in Matthæum: Fidem suam
mysticis proferunt muneribus: Aurum Regi, thus Deo,
myrrham mortali.

Per hæc ergo tria intimatur in Christo regia majestas
vera divinitas & humana mortalitas. Confunduntur
ergo hi tres errores: Judæorum, qui purum tantum
hominem credunt; Manichæorum, qui non veram
carnem, sed phantasticam Christum assumisse dicunt:
Nestorianorum qui Christum in duas personas
dividunt, cum videant Magos non alia Deo, alia ho-

mini, sed uni DEO - Homini eadem munera obtulisse. Vel ad literam: *Aurum ad Matris pauperis sustentationem, tus contra stabuli fœtorem, myrrham propter membrorum debiliumpueri confortationem.*

XXVIII. — *Præsepe jacenti cuna erat.*] usitatiùs *cuna & cunabula* *ααγγανα*, Gloss. quodiplum tamen habet quoq;: *cuna & cunabulum* *βαβαλισήμων*.

XXIX. *Impius innumeras infantum strage catervas Perforat Herodes*] MS. Zehneri, quod etiam seq. habet: *Vulneribusq; madent crudis pia pectora matrũ*

XXX. Idem MSC. *perfudit fluvio*, Et: *qui tinctis omnia donet.* Sed meliùs puto, *crimina donet*, in baptismo dans Spiritum S. non fictè accedentibus, ipse quippe est, qui per Spiritum S. baptizat, interiùs inundando & mundando à sorde. Glossæ cit. MSC.

XXXI. *Quem spernunt edificantes*] Edit. Lips. & Gifselini, qui & benè seq. posuit: *laterum compago duorũ.*

XXXII. *Unde meri vet. diffunditur unda.*] Ead. Edit. Lips. & Goldasti, ubi alii *defunditur*, vel *perfunditur*, ut Fabric. & Zehneri MS.. Qui & primum versum ita exhibuit: *Fœdera conjugii celebrãtur ab auspice fausto.*] juxta *Juvenalẽ* & alios *Auspex nuptiis adhibebatur.*

XXXIII. *Morborum Medicina potens.*] MS. Zehneri, sed Egmondanus Codex: *Morb. med. latet*, pro *latex*, cujus aquam *fusam* ratione *latenti* subdit. *ibid. quem Spiritus eruẽtat variis*] malè Fabricius oris.

XXXV. *Sed mortales trepidatio plantas mergit.*] *Gifselin.* ubi Al. *mortalis trepidatio*, *Gifanii index* *Lucr. P. 374. mergitat.* in *Palatin. mergitur.*

XXXVI. *Porcorum furiare greges.*] sed Ald. & Gifselini Editiones & palatin. MSC. *raptare greges.* *Probum* tamen verbum est *furio*, id est in *furias ago*, *fur-*

furere facio, ἐμπαίνω, Gloss. Græco Lat. unde *furiatus*, qui ex causâ furit, der doll gemacht; sed *Furiosus*, à quo furor nunquam recedit. *Servius* ad *Virg.* 2. *Æn.* vers. 407. *Furiatâ mente.* *Fabricius* in comm. Verbum *furiare* & versum hunc laudat ex *Sedulij Enchiridio.*

XXXVII. V.3. *Implentur minimo micarum fragmine corbes.*] ita quidem *Fabritius*, sed alij: *nimio micarum fragmine.* Quod per placet. Nam & micæ per se & fragmenta sunt parva & minima, quæ non tam faciunt ad complendos corbes, quàm si sint immodica & nimia. *Matthæi XIV.* Ubi Glossa MS. *Comparavit numerum mäducantium numero ciborum, quinq; panibus quinq; millia virorû saturabatur. Et tulerunt reliquias XII. Cophinos: unusquisq; Apostolorum replet cophinû de reliquiis Salvatoris, unde postea cibum egentibus præbeant.*

XXXVIII. *in Bethania*] prioribus duabus brevibus, posterioribus syllabis longis. *Sedulius* contra & *Juvencus* medias corripuit, extremas produxit.

XXXIX. *Juda eminus arctat infelix collum laqueo.*] Sed *Giselinus*, *Bongarsius* & *Gisanius* indice *Lucr.* *Judas nimis arctat.* Ego ex prima & altera *Weitzij* lectione mediam infringere ita scripturus: *Jude minus arctat i. collum laqueus pro crimine tanto.* H.e. quamvis sat arctè collum funis constrinxerit, minus tamen arctavisse & supplicium *Judæ* intulisse videtur, quàm pro tanto crimine. (*vencus*

XL. *Impta blasphemi cecidit domus alta Caiphe.*] *Juquoq;* mediam produxit, *Sedulius* corripuit. Notatu dignum hîc *Fabricio* in indice priore visum est, *impii Caiphe domum*, (quæ tamen hodieq; ut est in itinerario *Fubreri*, ostenditur) jam olim corruisse. *ibid.* *Hic peccatores manet exitus.*] i.e. talis exitus. *Iso.*

v.4. *Vitaruinosis cumulis ff. jacebat*] MS. Zehneri.

XLI. Malim hic alteram lectionem Aldinam & Palatinam : atq; *columnæ Annexus tergum dedit.* Quia sequitur :

XLII. *Sanguis victoria,lymphalavacrum est.*] Ambrosius lib. de benedictionibus Patriarchar. c.4. *Aqua nos abluit, sanguis redemit.* Prudentius.

Hinc cruoris unda fluxit,lymphaparte ab alterâ,
Lympha nempe dat lavacrum,tum corona ex sanguine est.

XLIII. Deest hoc carmen in Lipsiensi editione *Loberij*, sicuti quoque *Weitzius* parenthesi inclusit nec numeris signavit, credo ut XXIV. Tetrasticha essent veteris Testamenti, & totidem quoq; Novi manerēt.

XLIV. *Montis oliviferi*] i.e. Oliveti, quod Egmondanus codex malè arripuerat. *ibid. Signans vestigia pacis Frontibus æternis.*] ita interpungit Gifanius indice Lucret. p. 374. quod frondes pacis essent ex oleâ.

XLV. *O prima pietas miseranda coronæ.*] MS. Zehneri, & Goldast. Sed præstat *pietas miranda*, quâ pro hostibus quoq; rogabat Stephanus.

XLVI. *Stupuit damnatos currere gressus.*] i.e. ablatos Ifo. Vulgò *laxatos.* Cur non *luxatos*, quia claudi?

XLVII. In Act. Ap. X. est *σνεῦ* *ὡς ὁ δόνη ψευδ-λῆ*, quod noster Discum vocavit.

XLVIII. *Qui fuerat Saulus, fit adempto lumine Paulus.*] Ita Lips. editio sed alii Leoninum versum cavere maluerunt. V. Damalus.

Ibid. gentium Apostolus peccatorum sorde tetros corvos ad purum à peccatis statum revocare valuit. V. super versiculum primum de Eva columba.

XLIX. *Agnum c. cr. laudat, quia volvere librum*
Et 7. potuit signacula pandere solus.] V. Vict. in ad Apoc.



QpCARD 201

© SUB GÖTTINGEN / GDZ | 2011